

# Prologus sancti hieronymi in librum hester

pretes quedam addiderat de suo: et etiam ordinem libri commutauerunt: quem hieronymus reduxit ad ordinem per litteras alphabeti greci scriptas de minyo. Primam litteram alphabeti primo capitulo prescribens: secundam: et sic de alijs usque ad thetam litteram: ut quora esset littera in alphabeto totum sciret esse capitulum illud in editioe septuaginta: cui scripta erat in hebraice. Liber iste scriptus est intus et foris. Unde Rabanus: Et liber hester quem hebrei in ter agiographa memorant: christi et ecclesie significat sacramenta. Virtus namque sacri eloqui sic aliquando tractata narrat: ut verura exprimat: sic factorem approbat: ut eius in mysterio contradicatur: ut patet in dauid et via: sic gesta demonstrat: ut hec mystice gerenda suadeat. Huius libri hieronymus prescribit prologum: ostendens causam translationis et modum. Librum istum exposuit Rabanus: ostendens in primis sub quo rege et quo tempore hec historia gesta fuerit: dicens: Historia hester tempore assueri non dubitamus fuisse: sed que fuerit assueri: ignoramus. Iosephus enim hunc memorat xerxes: dicitur filium: qui apud grecos artaxerxes dicitur: cognomine longiam. Sed non videtur verum hoc: Non enim esdras qui alius temporis historias scripsit: hanc historiae transmissit. Unde dicit Eusebius in chronicis suis: cui assentit Rabanus: hunc assuerum fuisse artaxerxes: qui cognovit mnenmon: dicitur et pharistidis filium. Nam mortuo cambyse: sub quo facta fuit historia iudith: regnavit simerdis: vnus de septem magis qui iudicabat regnum persarum: septem mensibus: postea quem frater eius de simerdis: iuuenis elegans: fere quinquaginta mensibus: Postea regnavit danus filius hystaspis triginta sex annis: post quem xerxes: annos triginta: post quem artabanus mensibus septem: que chronographi posuerunt pro vno anno: post hunc artaxerxes annis quadraginta: Post hunc regnavit xerxes duobus mensibus: postea sogdianus septem mensibus: postea darius: cognouit nos: sub quo egyptus recessit a persis: postea assuerus iste sub quo facta est historia presens: Post quem etiam regnavit artaxerxes oculus: quem reuocauit egyptum ad suum imperium: Post oculum regnavit filius eius arsamus: post quem regnavit darius filius eius: qui ab alexandro macedone superatus est et victus: et translata est monarchia persarum ad macedones. Hysterius autem planus est. Assuerus est christus: vasthi: synagoga: aman: diabolus: hester: ecclesia: mardocheus: paulus et ceteri predicatorum euangelij.

**Explicit Prologus auctoris.**

**Et eiusdem reuerendissimi patris etc. prologi sancti Hieronymi in librum Hester: Expositio.**

**I**brum hester varijs traslatozib' etc. quia septuaginta traslulerunt de hebreo in grecum: etiam quidam alij: et postea alij de greco in latinum: utrobique erat corruptio: propter diuersa exemplaria corrupta. **De arcuius. i. armarijs:**

aspicite: ut possitis agnoscere: me nihil etiam augmetasse addendo: sed fideli testimonio simpliciter sicut in hebreo habetur: historiam hebraicam latine lingue tradidisse. Nec affectamus laudes hominum: nec vituperationes expauescimus: Deo enim placere curantes: minus hominum penitus non timemus: quoniam deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere desiderant. et secundum apostolum: qui huiusmodi sunt: serui christi esse non possunt. Rursum in libro hester alphabetus ex minyo usque ad thetam litteram fecimus diuersis in locis: volentes scilicet septuaginta interpretum ordinem per hec innuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem hebraicum ordinem prosequi etiam in septuaginta editione maluimus.

**Explicit prologus.**

grecorum: que erat corrupta. **Explicit** sius trasfult: id est valde expresse. **Uel** expresse: quod alij traslulissent. **Explicit** vulgata: scilicet septuaginta interpretum. **Uel** lacinosus funibus: id est longis per tractionibus verborum. Septuaginta enim quidam addiderunt de suo que non erant de substantia libri: sicut lacina: id est peribula non est de substantia pallij. **Uel** lacina dicitur ex tremitas pallij: Et dicitur a lacio lacij: quod est trabo: In qua perperditur longitudo pallij: ideo ponitur lacinosus pro longis. Unde lex moysi dicitur lacinosia respectu euangelij: quod est verbum abbreviatum. Quia hoc septuaginta in medio posuerunt hebraice veritate et in principio: et in fine suas longas additiones: idcirco dicitur hic: hincide. **Explicit** que ex. id est ea que non erant in hebraice

veritate **Uel** dicit poterant: id est videri dicta fuisse. **Uel** sicut solitum: id est sicut faciunt scholares in causis suis: ubi multa fingunt de suo. **Uel** ille: id est actor: vel reus. **Uel** in et bibliothecas hebreorum studuimus: id est hebraicum idioma didicimus: ut in libris hebraicis possentis studere. **Uel** Certamina: id est que editio esset verior. **Uel** hebraicum librum: id est traslatum a nobis: secundum suam iuxta hebraicam veritatem. **Uel** fideli testimonio: id est fideli interpretatione. **Uel** simpliciter: id est sine additione et subtractione. **Uel** Nec affectam laudes: hoc dicit contra emulos. **Uel** Nec vituperationes expauescimus: ideo dicitur est ezechiel: et in ipso cullibet predicatori: Et adamantem et ut silicem dedi faciem tuam: id est talem te feci: ut nec captaris blandimentis: nec frangaris aduersis. Tunc enim facies predicatoris est ut adamas: quando blandimenta non querit nec recipit: Et silix: quando vituperationes contemnit. **Uel** secundum apostolum. Gal. j. b. Si adhuc hominibus placere: christi seruus non essem. **Uel** Rursum. **Uel** ostendit quomodo ordinem confusum secundum septuaginta reduxit ad rectitudinem. **Uel** In libro hester: secundum editionem septuaginta. **Uel** ordinem preposterum: confusum. **Uel** ordinem prosequi in nostra translatione. **Uel** aduimus. q. d. hiero: Ordinem hebreorum seruauimus in editione mea: et etiam ostendi quis ordo debet esse in editione septuaginta. Preposuit enim hieronymus alpha/minyo scriptum illi capitulo quod debet esse primum. b. secundo: et sic de alijs. Et sic per ordinem litterarum sciebatur quoru erat capitulum in hebraice veritate.

**Explicit expositio prologi sancti hieronymi super librum Hester.**

et cetera... **Incipit** Capitulo... **Explicit**...